

1623. der Farnesius Parmæ, & Placentiæ Dux, necnon Congregatio a generali Consilio Civitatis Parmen. super Annonæ abundantia deputata, nonnullas singulis annis ordinationes necessarias, & justitiæ, & aequitati convenientes, quibus penuriæ Annonæ illius anni provideatur, a personis laicis observandas faciant:

§.2. Nos Fraternalitati tuæ per presentes committimus, & mandamus, ut per decennium proximum ordinationes introducendi in Civitatem, & notificandi frumentum, bladas, & legumina, auctoritate nostra facias, & ad illas observandas per te, seu tuum in spiritualibus Vicarium generalem quascumque Civitatis, & Diœces. prædictarum personas ecclesiasticas seculares, & cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, necnon Militiarum, aliorumque piorum locorum regulares cujuscumque dignitatis, gradus, status, ordinis, & conditionis existentes, etiam exemptas, ac Nobis, & Apostolicæ Sedi immediate subjectas opportunis juris, & facti remediis, eadem auctoritate, cogas, & compellas. Nos enim tibi præmissa, & quæcumque alia desuper necessaria, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, eadem auctoritate, tenore presentium plenam, & amplam facultatem concedimus, & impertimur. Decernentes irritum, & inane, quidquid fecus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiasticis, Monasteriorum, Militiarum, & locorum piorum, ac Ordinum quorumcumque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, illis, eorumque superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 23. Junii 1623. Pontificatus nostri Anno III.

Dat. die 23. Junii 1623. An.III.

Pontifex Parmensi Episcopo mandavit, ut ea per Ecclesiasticos quocumque servaretur.

Derogatur contrariis.



URBANUS VIII. PONT. CCXXXVII. ANNO CHRISTI MDCXXXIII.



Die VI. Augusti An.MDCXXXIII. electus est in Summum Pontificem Maphæus Tituli Sancti Onuphrii Presbyter Cardinalis Barberinus Antonii Filius natione Florentinus, & die 29. Septembris ejusdem Anni S. Thiara redimitus est. Sedit in Pontificatu Ann.XX. Mens.XI. Dies XXI. temporibus Ferdinandi II. & Ferdinandi III. Imp. Creatisque LXXII. Cardinalibus, obiit IV.Kal. Augusti anno MDCXLIV. Sepultus est in Basilica Vaticana ad Cathedram Beati Petri. Vacavitque Sedes Mens.I. Dies XVI.

I. Privilegia, & Indulta concessa Conclavistis, qui interfuerunt præcedenti Conclavi.

Singuli Pontifices post sui ad Summum Apostolatus assumptionem assueverunt nonnulla nedum Conclavistis, sed etiam Dapiferis tum suis, tum etiam Cardinalium concedere Privilegia, distincta tamen Constitutione. Privilegia itaque Conclavistarum vide in Constit. XLIII. Clement. VIII. Tom.IV. Par.III. fol.407. in Const.V. Pauli V. Tom.V. Par.III. fol.144. in Const.II. Gregor.XV. Tom.V. Par.IV. fol.316. in Const.X. Inn.XI. Tom.VIII. f.13. & alibi.

URBANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI Ad futuram rei memoriam.

Proemium. Circumspecta in omnibus Romani Pontificis providentia singulorum merita aqua lance considerans, illos potioribus gratiis, & favoribus profequitur, quos erga se, & Sedem Apostoli-

cam, benemeritos, & in laboribus, & vigiliis pro Sede ipsa sufferendis indefessos, & pluribus cognoscit meritis adjuvari.

§.1. Hinc est, quod Nos dilectos filios Conclavistas, qui in Conclavi, in quo Nos, divina favente clementia, ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, uti familiares, & continui commensales interfuerunt, interfuere, quique ea de causa labores, vigiliis, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi, favoribus, gratiis, & privilegiis, pro cujusque meritis, exornare volentes, ipsosque Conclavistas, & quemlibet eorum, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, motu proprio, non ad ipsorum Conclavistarum, vel alicuius eorum, vel alte-

Conclavista, donatis iis 100 m. leutis.

1623.

di, usque ad summam predictam uni, vel pluribus aliis personis ecclesiasticis, vel etiam si clericali caractere tunc temporis nondum insigniti sint, cum clausula tamen ex tunc, prout postquam dicto caractere rite insigniti fuerint, per eosdem Conclavistas, & eorum singulos nominandis etiam quacumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, aliis tamen capacibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Conclavistis reservata, seu reservati fuerint, etiam absque beneficiis ipsa obtinentium consensu, integre persolvendas, ac per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, reservare, constituere, concedere, & assignare valeant, atque in quasi possessione dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Conclavista tempore translationis per eos presentium vigore faciende, existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censeantur, etiam concedimus, & indulgemus.

Presentium expeditio per viam secretam faciend.

§.13. Etiam si similem gratiam a Predecessoribus nostris alias forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit tam vigore aliorum privilegiorum Conclavistarum, quam ex quocumque alio indulto, & privilegio quorum effectum per hanc novam gratiam, & concessionem impediri nolumus, sed cumulative concessam, vel concessas esse volumus; Itaut quilibet eorum cumulative, & ampliative predictis facultatibus presentibus, ac prateritis privilegiis hac in re concessis, uti, frui, & potiri possit. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum huiusmodi, ut praeferatur, faciendas, ex nunc, prout postquam factae fuerint, plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventibus reservata fuerint obtinentes, ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore.

Conclavistae dispensantur super delatione habitus, & tonsurae.

§.14. Ac cum eisdem Conclavistis, quod ratione quarumcumque pensionum annuarum eis, & eorum cuilibet, super quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, etiam Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, seu Monasteriis, etiam a praedictis Sanctae Romanae Ecclesiae Card. obtinendis, vel aliis quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducentorum parium pro quolibet, nunc, & pro tempore reservatum, & reservandarum habitum, & tonsuram clericales gestare, & in illis dummodo alias ipsi habitum decentem, & honestum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam desuper cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, censuras, ac etiam privationis, seu cassationis ipsarum pensionum poenas occasione praemissorum incurere possint, sed easdem pensiones ad praedictam summam ducentorum ducatorum ascendentes, & reservatas, ut praeferatur, etiam si matrimonium jam contraxerint, vel posthac contrahere volue-

rint, cum unica tamen, & virgine, recipere, & libere retinere.

§.15. Postremo, quod bona quaecumque ad dictos Conclavistas, & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, etiam Canonicatum, & Praebendam, ac dignitatum, etiam majorum, & principalium, etiam speciali nota, & expressione dignarum quarumcumque, per eos alias obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quaesito colore, vel ingenio, seu eorum industria, licita tamen, ac aliis licite acquisita, & acquirenda, etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubique existentium spoliis minime subiaceant, sed Conclavistae praedicti, etiam si Religioni alicujus Militiae, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque personarum, etiam si Curiales esse desierint, & in quocumque loco quantumvis remoto, etiam extra eorum, & cuilibet ipsorum propriam residentiam eos decedere contigerit, testari, & aliis disponere, iisque ab intestato decedentibus, legitimis eorum heredes quicumque succedere, libere, & licite valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

Facultas testandi de bonis ex redditibus ecclesiasticis acquisitis.

§.16. Praecipientes, ac mandantes, dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, & Thesaurario, Praesidentibus Clericis Camerae nostrae Apostolicae, & quibusvis aliis spoliarum huiusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militarum praedictarum Officialibus, aut Prioribus, ne in huiusmodi bonis manus apponant, neque heredes praedictorum Conclavistarum desuper molestare audeant, seu praesumant, ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, & codicillorum per ipsos Conclavistas de eorum bonis huiusmodi faciendas, semper, & perpetuo validas, & efficaces fore.

Mandatum spoliarum Collectoribus de his non molestandis.

§.17. Nec eosdem Conclavistas eorumve aliquem ad praesentes literas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrarum petendum teneri, nec illas etiam si illae intra tempus legitimum insinuat, admittae, seu registratae non fuerint: propterea minus validas censeantur, sed suos plenarios effectus sortiri debere.

Etiam praesentes Literae in Cam. Ap. registratae non fuerint.

§.18. Ac easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus decretis, constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatorii, vel quae eas limitarent, seu moderarentur, quae a Nobis, & dicta Sede, & pro tempore, & ex quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel alia quavis auctoritate hactenus, vel in posterum emanaverint, minime comprehensas esse, sed quoties illae emanabunt toties easdem praesentes in pristinum statum restitutas, repositas, & reintegratas esse, & censeantur.

Clausula pro eorumdem literarum firmitate.

§.19. Sicque per quoscumque Judices, & Com-

Clausula sublata.

1623.

& Commissarios, quavis auctoritate fungentes in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, ubique iudicari, & deserviri debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Presentium expeditio per viam secretam faciend.

§.20. Et insuper dilectis filiis nostro Ludovico tituli Sancti Laurentii in Damaso Presbytero Cardinali Ludovico nuncupato S. R. E. Vice-Cancellario, & Literarum Apostolicarum Summatori, ac Secretariis Apostolicis, & Praesidentibus Plumbi, aliisque Officialibus, ad quos literarum earumdem expeditio per viam secretam spectat, in virtute sanctae obedientiae, & sub poena indignationis nostrae, Motu simili, & ex certa scientia, ac de apostolica potestate plenitudine, etiam mandamus, ut easdem praesentes literas super praemissis omnibus, & singulis, tam conjunctim, quam separatim, ac pro singulis, quibus concessa fuerint, ac seorsim, & separatim cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, gratis etiam quoad compositionem Datarie, & per viam secretam absque alio mandato expediant, & expediti faciant.

Confirmatio privilegiorum, quae ab aliis Pontificibus concessa sunt.

§.21. Et insuper omnia, & singula privilegia, gratias, & concessionem eisdem Conclavistis, & eorum cuilibet a diversis Summis Pontificibus Praedecessoribus nostris hucusque concessa, Moto, scientia, & potestatis plenitudine similibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberalissime concedimus.

Obstantium derogatio.

§.22. Non obstantibus praemissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero, etiam si ad illum nondum sit deventum, cui per hoc alias non intendimus derogare, ac nostra, & Cancellariae Apostolicae regulae de praestando consensu in pensionibus, ac felicis recordationis Pii Quarti de similibus, vel dissimilibus gratis in Camera Apostolica infra tres menses praesentandis, & registrandis, ac Pii Quinti Romanorum, Pontificum Praedecessorum nostrorum contra illegitimos, necnon Pictavien. Concilii, ac nostris, & Cancellariae praedictae Regulis, etiam in crastinum assumptionis nostrae ad summi Apostolatus apicem editis, & in praedicta Cancellaria publicatis, & etiam in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romanae, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, Camerae praedictae, ac quarumvis Universitatum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, decretis, etiam novis reformationibus, & legibus tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, & Sacris Canonibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, illis, eorumque superioribus, & personis, ac locis quibuscumque

in genere, vel in specie, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogationibus derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus, & aliis decretis, etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, & alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque toris tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si quibusvis communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Nomina autem Conclavistarum, qui in Conclavi huiusmodi interfuerunt, sunt haec, videlicet.

1623.

Venerabilis Frater noster Fulgentius Gallatus Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Episcopus Tagasten, Sacrarum Pontificii Sacrista, & dilecti filii Paulus Alaleo Canonicus, Joannes Baptista etiam Alaleo, & Carolus Antonius Vaccarius Clerici respective, perpetui Beneficiati, Beneficiatus, & Clericus respective nuncupati Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, & Petrus Ciannariconus perpetuus Beneficiatus Ecclesiae Lateranensis, Magister Coereoniarum, Mutius Riccerius Camerinen. Canonicus Ecclesiae Sancti Angeli in Foro Piscium, Collegii Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Secretarius, Franciscus Hadrianus Ceva Montis Regalis, & Antonius Crysolinus a Sancta Sofia Clerici, nostri etiam dum Cardinalatus honore fungebamur; Julius Piccininus Mutin. Albertus Danescus Clerici Narnien. Diocesis, Antonii Ostiensis Saulii; Marcus Antonius Dognafus Mediolanen. Sebastianus Brusatus Clerici Casalen. Joannes Baptista Butus Laicus Narnien. Diocesis, Franciscus Tusculani Sfortiae; Alphonsus Carandinus Clericus conjugatus Mutinen. & Miles Militiae Jesu Christi, Petrus de Castro Toletan. & Tobias Aldinus Coesenaten. Clerici Odoardi Sabinen. Diocesis, Soterus Tardettus Clericus Sabinen. Diocesis, Octavii Praenestini Bandini; Joseph Buccellas Presbyter Politanen.

Conclavistarum nomina.

alterius pro eis Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex nostra mera liberalitate, ipsos Conclavistas, & eorum singulos, quibus etiam hodie summam decem millium scutorum auri in auro in tot locis montium vacabilem de Urbe, cum primum illos vacare contigerit, per duos saltem ex Deputatis ab ipsis Conclavistis, inter eosdem Conclavistas, & per singula eorum capita solitum praescriptum numerum non excedentia, non autem singulas cellulas, aequis portionibus distribuendum, gratiose, & irrevocabiliter apostolica auctoritate donavimus;

Papa Familiares, Comites, Lateranenses, & S. A. N. Notarii etc. auctor.

§.2. In veros, indubitatos, & non fictos familiares continuos commensales nostros, ac eos, qui ex illis Clerici existunt, seu Militia Clericali adscribi desiderant, quosque tres huiusmodi Cardinales singulatim in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate iudicaverint, in nostros, & Apostolicae Sedis Notarios sine praedictorum dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, recipimus: & tam illos, quam alios Conclavistas singulos, qui singulatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint, Sacri Palatii, & Aule Lateranensis Comites, & Milites, ac tam illos, quam omnes, & quoscumque alios Conclavistas indistincte, qui nobiles non sunt, nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus, temporali dominio ejusdem Romanae Ecclesiae mediate, vel immediate subiectis, Cives esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti petierit, veros cives ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos etiam nobiles, & participantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis, ita ut ipsum jus Civitatis ad quoscumque illorum haeredes, eodem modo, transeat, creamus, constituimus, & assignamus, ac nobilitatis, & civilitatis titulo, honore, & insignibus decoramus, aliorumque familiarium, & continuorum commensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico inservientium, ac illius tinello comedentium, & bibentium, ac nostrorum, ac Sedis praedictae Notariorum, Palatiique, & Aule praedictorum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Civium huiusmodi originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus, continuis commensalibus, ac Notariis nostris, Comitibus, Militibus, Nobilibus, & Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, ac mandamus.

Solusque de eorum privi legis.

§.3. Eisque, ut in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, & literis tam gratiam, quam justitiam concernentibus, se familiares continuos Commensales nostros, Comites, Milites, Nobiles, & Cives, etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessionem, & litera subreptionis vitio subiaceant, sed valide,

& efficaces existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuscumque, ac prorsus similibus antelationum, antelationibus, praerogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac iuribus, quibus alii nostri familiares tempore dictae assumptionis nostrae ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii, etiam de numero participantium, existentes etiam si habitum, & rochetum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique, & Aule praefatorum Comites, Milites, Nobiles etiam originarii, ac antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut praefertur, elegerint, quique ex utroque parente vere nobili, & cive originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel aliam ex aliquo speciali privilegio, seu alias quomodolibet, etiam quoad assequutionem quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, etiam per quascumque Literas, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in iudicio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium praedictio, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, realiter, & integre in omnibus, & per omnia, etiam si in Urbe, & Civitate huiusmodi non habitaverint, perinde ac si de vere nobili genere, & ex utroque parente nobili originario, ac antiquissimo Cive procreati forent, & huiusmodi praerogativae, privilegia, exemptiones, gratiae, favores, concessionem, indulta, & jura, quae pro aliis Nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quae ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originariae aliis competunt, pro eisdem Conclavistis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliis competere, auctoritate, & tenore similibus, indulgemus.

Eximuntur a solutione quocumque oneris ad instar Cardinalium.

§.4. Singulosque Conclavistas praedictos, a solutione, & exactione Decimarum, & cujuscumque Pedagii, Subsidii, Gabella, & cujuscumque oneris tam ordinarii, quam extraordinarii, ubique locorum, & ex quocumque quantumvis urgentissima, & incogitabili causa, & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarum, etiam Venetiarum, ac aliorum quorumcumque Principum impositarum, & impositorum pro tempore ex nunc, prout ex tunc, & e contra, & postquam casus huiusmodi impositionis, & solutionis evenerit, liberamus, & eximimus, liberisque, & exemptos fore, & esse ad instar Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium decernimus.

A censuris, si quas incurserunt occasione Concilii, absolventur.

§.5. Ac a quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, si quas

Pontifex supplet quoscumque defectus provisionum beneficiorum ecclesiasticorum etc.

Fructusque male perceptos remittit.

Dispensat super inhabilitate ad Sacros Ordines suscipiendos.

Et super defectu natalium.

Habilescque reddit ad fac.

quas quomodolibet propter contraventiones contentorum in Constitutionibus super erectione Romani Pontificis, pro tempore editis, vel alias quomodolibet incurserunt in foro conscientiae tantum, absolvimus, & liberamus.

§.6. Ac omnes, & quoscumque defectus, si qui forte sint, omnium provisionum, Beneficiorum, Dignitatum, ac Pensionum eorumdem Conclavistarum, tam ex multiplicitate titularum, & ob incursum quarumcumque censuram, & irregulartatis, quam alias ex quavis causa provenientes sanamus, ac huiusmodi provisiones, vigore eorum privilegiorum, in foro conscientiae tantum, perinde ac si novas provisiones obtinissent, revalidamus, & quatenus opus sit, omnibus, & singulis eorum de omnibus, & singulis dignitatibus, & aliis cum cura, & sine cura beneficiis ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, & nuncupatis, etiam casualibus ordinis regularibus, per eos respective obtentis, de novo etiam respective providemus, & omnes, & singulas pensiones eis, & eorum singulis, super quibusvis beneficiis ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, & nuncupatis etiam alicujus ordinis regularibus, respective reservatis, similiter de novo reservamus.

§.7. Ipsique Conclavistis, eorumque singulis quoscumque fructus, redditus, & proventus ecclesiasticos occasione quarumcumque Dignitatum, Canoniarum, & Praebendarum, aliorumque Beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque, ac quarumcumque pensionum annuarum ipsius, vel eorum cuilibet collatarum, & reservatarum, tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & occasionibus etiam ratione omissionis recitationis Horarum Canoniarum indebite perceptos, culscumque quantitates fuerint, gratiose remittimus, & condonamus.

§.8. Ac cum eis super inhabilitate, & irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris huiusmodi ligati Missas, & alia divina officia, dummodo tamen non in contemptum clavium, celebraverint, aut alias in divinis se immiscuerint, quodque illa, & aliis praemissis non obstantibus ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines alias rite, & dummodo nullam alicui eorum obset canonice impedimentum, promoveri, & in illis, & in susceptis per eos alias rite Ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare, etiam libere, & licite valeant, dispensamus.

§.9. Ac eosdem Conclavistas, si qui eorum defectum natalium patiuntur, ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis parentibus, & vilius foeminis forsan procreati sint, etiam si legitimitati existant, legitimamus, omnemque ab illis geiturae huiusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus restituiamus.

§.10. Et cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis alio-

rum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen praedictorum venientium ab intestato, vel ex fideicommissis, seu alias de jure valida dispositione, & praeterquam in bonis ecclesiasticis, & ab Ecclesia provenientibus succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad aequales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura, legitimas successiones ex testamento, vel ab intestato hereditates, legata, libertates, restituendo realiter, & cum effecta.

cedendum in bonis consanguineorum.

§.11. Ac ad dignitates, honores, & quaecumque alia officia secularia, publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat, ut clericali characteri, qui illo nondum insigniti sint, insigniri, ac ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus ordines, si nondum ad illos promoti sint, promoveri, ac postmodum caractere, & ordinibus huiusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quaecumque, & qualicumque cum cura, & sine cura beneficia ecclesiastica, etiam si personatus, administrationes, & officia, etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu Parochialibus Ecclesiis, vel eorum perpetuae Vicariis, ac Canoniciatus, & Praebendae, Dignitates non tamen majores post Pontificalem, aut principales in Collegiatis Ecclesiis huiusmodi fuerint, si sibi alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, presententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur in eisdem, recipere, & dummodo plura simul non sint, quam quae a Concilio Tridentino permittuntur, retinere libere, & licite valeant.

Et Beneficia Ecclesiastica obtinenda.

§.12. Ac eosdem Conclavistas, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanis, vel Cathedralium, seu duarum insignium Urbis Collegiarum Ecclesiarum, aut personae aliae quaecumque ecclesiasticae in dignitate ecclesiastica constituta, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendae, quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, & proventibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, etiam per Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales obtentorum, & imposterum obtinendorum, cum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis ordinum regularium, seu fructus, redditus, & proventus huiusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiam si alias semel, aut pluries translate, seu translati fuerint, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassate, & extinguere, & postquam cassate, & extinctae fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus huiusmodi,

Indulget, ut aliis resignare possint pensiones ecclesiasticas usque ad summam 100. ducatorum.

1623. tianen. Fabius Tavianus Pistorien. Nicolaus Acorsinus de Sancta Flora Clerici, Jo: Baptista Albanen. Deti, Venerabilium Fratrum nostrorum Episcoporum. Jo: Ambrosius Villa Presbyter Mediolanen. Hieronymus Ponzonus Laicus etiam Mediolanen. Federici Borromaei. Petrus Franciscus Bonjoannes Presbyter Firman. Ecclesiae S. Mariae Majoris de Urbe Praepositus, & Franciscus Fracassinus Clericus Urbevetanus, Andreae Sancti Laurentii in Lucina Peretti. Galeottus Oddus Laicus Perusin. & Miles Militiae S. Stephani, Paulus Aemilius Andrutius Laicus Romanus Miles Militiae Jesu Christi, Pelegrinus Trevesanus Clericus Ferrarien. Bonifacii S. Mariae in Transtiberim Bevilacqua. Aemilius Sperellus Laicus Esinien. Franciscus Thedeschius Ferrarien. Guglielmus Valleta Avenionen. Clerici, Dominici Sanctorum Duodecim Apostolorum Gymnasii. Bernardinus Machanus Presbyter Senogallien. Caroli Sancti Casarei Madruzii. Franciscus Ghetus Faventin. Thomas Pastor Vellenen. Clerici, Scipionis Sancti Chryzogni Burghesi. Petrus Roncius Clericus Nepefin. Dioecesis, Jo: Garzia Sanctorum Quatuor Coronatorum Millini. Jo: Baptista Laurus Perusin. Franciscus Baruffaldus Cremonen. Clerici, Marcelli Sanctorum Quirici, & Julitte Lantis. Alexander Biffus Florentin., & Joannes Crisostomus Corrigien. Laici, Fabritii S. Augustini Veralli. Alexander Barbantes Laicus, sive Clericus Urbinaten. Jo: Baptista Sancta Cecilia Lenii. Joannes Restius Ragusin., & Vitalis Tovanus Ravennaten. Laici, Aloyfii Sancti Petri ad Vincula Capponii. Alexander Viola Presbyter Aquilan., & Joannes Paulus Leonardus Terra Camataria Clericus, seu Laicus Beneventan. Dioecesis, Decii Sanctorum Joannis, & Pauli Caraffe. Ludovicus de Horatii Bononien., Gaspar Morellus Romanus Laici, Dominici Sancti Martini in Montibus Rivarola. Cornelius Henricus Mormannus Clericus Leodien., & Armonius Mancinellus Laicus Urbevetanus, Petri Pauli Sanctorum Nerei, & Achillei Crescentii. Joannes Presbyter Januen., & Joannes Antonius Passadescus Laicus Albinganen. Dioecesis, Jacobi Sanctae Mariae de Pace Serra. Raynaldus Magnanus Sarinaten., Canonicus Ecclesiae Sancti Laurentii in Damaso, Petrus Antonius Pugliolus Presbyter Mutin., Augustini Sanctae Mariae in Ara-Coeli de Ara-Coeli. Joseph de Haredia Clericus Illerden. Gasparis Sanctae Crucis in Hierusalem Borgiae. Franciscus Maria Costagutus Canonicus Ecclesiae Sanctae Mariae in Via-Lata Januen., Petrus Settinius Cestarius Narnien. Presbyteri, Felice Sanctae Anastasiae de Ascolo. Andronicus Spinellus Clericus Patavin. Roberti Sancti Alexii Ubaldini. Aurelius Martignonus Mediolanen., & Julius Lavorius de Laurino Caputaquen. Dioecesis Clerici, Tyberii Sanctae Prisca Muti. Philippus de Escobar, & Benavides Clericus Vallisoletan., Petrus Munoz de Castro Laicus Claurien., Gabrielis Sancti Bartholomaei in Insula

Tresfii. Petrus Palla Presbyter Reatin. Dioecesis, & Vincentius Benignus Clericus Camerinen., Julii S. Sabinae Sabelli. Jacobus Weiskircher Viennens., Marcus Antonius Guardanilla Romanus Laici. Melchioris Sancti Sylvestri Kleselli. Michael Angelus Anichianus Clericus Lucen., Petri S. Thoma in Parione Camporei. Jo: Dominicus Cera Vincentin., & Simon Bronus Nonantulanus Presbyteri, Antonius Apostorellus Clericus Nursin., Matthaei Sancti Marci Prioli. Delius Converter Clericus Narnien. Dioecesis, Scipionis Sanctae Sufanna Cobellutii. Albertus Mamianus Presbyter Parmen., Jo: Baptista Mangilius Clericus Romanus, Francisci Sancti Marcelli Cennini. Alderanus Bellaetes Clericus Lunen. Sarzanen. Dioecesis, Joannes Doupye Laicus Leodien., Guidonis Sanctae Mariae de Populo Bentivoli. Jo: Thomas Guglielmus Laicus, seu Clericus Pifaren. Antonius Benedellus Nonantulanus Presbyter nullius Dioecesis, ac Annibal Palutius Clericus Firman., Petri Sancti Salvatoris in Lauro Valerii. Alexander Simon Antuerpien., Carolus Scatz Constanien., & Franciscus Antonius Rentinus Tyburtin. Clerici Itali, Friderici Sancti Laurentii in Pane, & Perna Zolleren. Didacus Busca Presbyter Papien., Sextilus Balducus de Volfinio Clericus Urbevetanus, Julii Sanctae Mariae supra Minervam Romae. Antonius Grassellus Nucerin. Germanicus de Leonibus Perusin. Clerici, Laurentius Sclarra Clericus Firmanus, Caesaris Sancti Petri in Monte Aureo Gherardi. Hadrianus Tanus Presbyter Nucerin., Dioecesis, Joannes Baptista Moranus Parmen., Andreas Morellus Florentin. Clerici, Albertus Burius Laicus Urbinaten. Dioecesis, Desiderii Sancti Clementis Scalae. Hieronymus Lanfrancus Clericus Neapolitanus, Vincentius Jacobellus Romanus Clericus, Joannes Baptista Belardus de Monte Castello Tudertin. Laicus, Stephani Sanctae Mariae in Via Pignatelli. Joannes Nicolaus Tighettus Presbyter Senogallien. Basilica Sancti Petri de Urbe Canonicus, Epiphanius Rosa Clericus Spoletan. Vincentius Crucius Januen. & Joseph de Burgonfonis Bononien. Laici, Ludovici Sancti Laurentii in Damaso Ludovici. Franciscus Petrillus Presbyter Capuan., Antonii Sanctae Pudentianae Caetani. Ludovicus Paulucius Clericus Macerat. Francisci Sancti Matthaei in Merulana Sacrati. Anellus Deamatus, & Mattheus Deamatus Clerici Campanien., Dominicus Brindolus de Mancinis Clericus Romanus, Lucii Sancti Stephani in Monte Celio Sanseverini. Octavius Placidus Presbyter Firman. Canonicus Sanctae Mariae in Cosmedin. nuncupatae de Urbe, & Aurelius Straticus Laicus Bononien., Marci Antonii Sancti Eusebii Gozadini. Georgius Cedolinus Jadren. Commendatarius Sancti Ambrosii Nonen., Ricciardus Siffa Placentin. Clerici, Cosini Sancti Pancratii de Torres. Monaldus de Monaldis de Aspello Fulginaten. Dioecesis, Petrus Franciscus Rinuccinus Florentinus Clerici, Octavii S. Agnetis in Agone

ne Titulorum Presbyterorum Rodulphii nuncupatorum. Joseph Fontanella Regien. Miles Militiae Sancti Jacobi de Spatha, Tyberius Rubens Ariminen., & Petrus Paulus Mecis Anignin. Clerici, Alexandri Sanctae Mariae in Via-Lata Esinens. Ambrosius del Pucyo Clericus Tirasouen., Franciscus Rizzius Clericus, seu Laicus Januen., Joannetini Sancti Hadriani de Auria. Petrus de Nores Clericus Papien., Lucas Massarentes Laicus Reatin., Caroli Emanuelis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Pii. Angelus Magnefius Polignanen. perpetuus Commendatarius Monasterii S. Mariae della Grotella Hadruntin. Dioec., & Claudius Amadeus Vibò Gratianopolitanen. Clerici, Mauritii Emanuelis S. Eustachii de Sabaudia. Octavianus de Loto Florentin. Miles Militiae ejusdem S. Stephani, & Franciscus Acurfius Bombaglius Laicus. Caroli Sanctae Mariae in Domnica Medices. Fabius Leonidas de Sancta Flora, & Ulixes Severinus Clerici Auximan. Dioecesis, Francisci Sancti Angeli in Foro Piscium Boncompagni. Laurentius Bernardinus Presbyter Lucen., & Hieronymus Adimarius Clericus Florentinus, Hippolyti Sanctae Mariae Novae. Aldobrandini, Diaconorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, etiam nuncupatorum. Frater Marcus Antonius Vianus Bononien. cum dicto Fulgentio Episcopo. Stephanus de Bualo Romanus Presbyter Societatis Jesu Commissarius. Gabriel Fonseca Laicus Physicus. Prospere Cecchinus Chirurgus. Franciscus Amplius Clericus Romanus Adjutor dicti Secretarii Collegii. Fabius Novellis cum dictis Magistris Coeremoniarum. Appollonius de Appolloniis Senen. Aromatarius. Antonius Fernacutus Clericus Romanus. Tarquinius Galardus Laicus ejus Adjutores. Linus Blasius de Sancto Oreste Nullius Dioecesis Custos Fontis. Franciscus Anna, & Jo: Baptista Carpana Barbitonfores. Jacobus Philippus Tanus, & Secundus Taffonus eorum Adjutores. Franciscus Soria Faber Lignarius. Joannes Antonius Bernasconus Coementarius. Jo: Scorcius. Dominicus Tognardellus. Jo: Augustinus. Simon Petricciolus. Basilius Colarellus. Jo: Augustinus Laurentii. Petrus Pomol. Andreas Palumbus. Hieronymus Tamasinus. Petrus Fumaretus, & Julianus Fulginaten. Scopatores Conclavis.

tionem decem millium scutorum hujusmodi per Nos, ut supra, dictis Conclavistis donatorum, & inter ipsos, ut praefertur, distribuendorum, tanquam Conclavista, & unus ipsorum frui, & gaudere libere, & licite possit, & valeat: perinde ac si Conclavi hujusmodi vere, & realiter interfuisset: Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque supradictis, & aliis contrariis nequaquam obstantibus; Motu, & auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus.

§.24. Volumus autem, quod praesentium transumptis impressis, & sigillo, ac manuali cujus personae in dignitate ecclesiastica constituta munitis, & subscriptis, eadem fides tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quae originalibus literis adhibetur, si forent exhibita, vel offense.

§.25. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, receptionis, creationis, constitutionis, assignationis, decorationis, aggregationis, liberationis, exemptionis, remissionis, condonationis, dispensationis, legitimisationis, absterisionis, abolitionis, restitutionis, decretorum, concessionum, indulgenciarum, praecceptorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, octavo Idus Augusti, Pontificatus nostri Anno I.

II.

Canonizatio Beati Philippi Neri Congregationis Oratorii Fundatoris.

URBANUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Rationi congruit, & convenit aequitati, ut ea, quae de Romani Pontificis providentia processerunt, licet ejus superveniente obitu litera Apostolica desuper confecta non fuerint, suum debitam consequantur effectum.

§.1. Dudum siquidem fel. rec. Gregor. Papa XV. Praedecessor noster pie praemeditatus, quod supremus ille, & diligens Patrefamilias, qui ab origine mundi plantavit vineam suam, universalem scilicet Ecclesiam, in eam quotidie non desinat mittere operarios, quorum assiduitate cultura illa vepribus expurgata fructum afferat, vel centesimum, vel sexagesimum, vel trigimum; quodque ante Incarnationem Verbi misit in eam Patriarchas, & Prophetas, virosque sanctissimos, qui portaverunt pondus diei, & aetnis; post assumptam vero

Transumptis danda fides.

Sanctio penal.

Dat. die 6. Augusti. 1623. An. I.

Proemium.

Gregor. XV. inter Sanctos, qui Ecclesiam illustrant.

Eadem Privilegia Francisci Viario Coclavillari Procuratori conceduntur.

§.23. Et insuper cum dilectus filius Franciscus Viarius Laicus Burgi Sancti Sepulchri, tanquam dictorum Conclavistarum Procurator in praemissis sedulam pro ipsis operam, ut accepimus, navaverit; propterea, & aliorum meritorum suorum, ac obsequiorum Nobis, & Sedi Apostolicae impensorum intuitu, volentes ipsum specialibus favoribus, & gratiis prosequi, eidem Francisco Viario, quod licet in Conclavi praedicto non intervenerit, nihilominus omnibus, & singulis supradictis gratis, privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, praerogativis, praerogativis, indulgentiis, exemptionibus, ceterisque praemissis, non tamen quoad participacionem Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Q2

humana

humanitatis nostrae substantiam venit vocare novissimos, Sanctos videlicet Apostolos, qui vineam hanc, & fidei fervore, & praedicationis verbo, per universum propagarunt orbem, usque adjunxit non solum fortissimorum Martyrum exercitus, qui effuso sanguine illam irrigarunt uberrime, sed etiam Confessorum laudabilem numerum, quorum sanctitatis exemplo haec vinea ubique terrarum odorem afflat suavissimum.

B. Philippum Nerium adu-merate decreverat.

Etenim ipso eius obitu anno non confecti sunt Praeceptis super illius virtutibus, & miraculis.

Nonnulli Principes eius canonizationem a Paulo V. postularunt.

Qui Congregationem ut in genere commisit.

Decretum quod deinde conscribitur in specie.

Retra Auditoribus commissa relatio.

§.2. Inter quos paucis ante annis sanctimoniam redolere satis constiterat Beatum Philippum Nerium, Congregationis Oratorii Fundatorem, cujus, & vitae puritas, & omnium virtutum congeries, & miraculorum gloria plurimum elucebat, ipsius Beati Philippi Catalogo Sanctorum adscriptioni decrevit intendere.

§.3. Cumque jam ab ipso die, quo dictus Beatus Philippus obdormiverat in Domino, fama sanctitatis, & miraculorum ejus adeo crevisset, ut statim dignum Canonizatione acclamaretur, & multi viri graves de illa promovenda cogitarent, & apud pia memoriae Clementem VIII. etiam Praedecessorem nostrum desuper egissent, & ejusdem Clementis Praedecessoris auctoritate, vivae vocis oraculo concessa, statim eodem ipsius Beati Philippi obitu anno, in Urbe, & extra eam fuisse receptae informationes, & facti processus super illius virtutibus, sanctitate, & miraculis.

§.4. Et successive eorum similis recordationis Paulo V. pariter Praedecessore nostro, pro eadem Canonizatione charissimus in Christo filius noster Ludovicus Franciae, & Navarrae Rex Christianissimus, & charissima etiam in Christo filia nostra Maria ejusdem Ludovici Regis mater, ac dilecti filii Nobiles Viri Senatus, Populusque Romanus, & Maximilianus utriusque Bavariae, necnon Carolus Gonzaga Nivernicus, & dum in humanis agerent, Ferdinandus I., & post ejus obitum Cosmus II. Magni Haereticis eis subjectae Ducis, & dilectae in Christo filiae nobiles mulieres Christiana Cosmi mater, & Catharina Caroli praefati uxore, ac etiam dilecti filii Presbyteri dictae Congregationis institissent.

§.5. Et Paulus Praedecessor praedictus Venerabilibus Fratribus nostris, tunc suis, S. R. E. Cardinalibus, super Sacris Ritibus deputatis per suas in forma Brevis sub Anulo Piscatoris desuper expeditas literas commisit, ut inquirerent in genere prius, ac deinde in specie super fama sanctitatis, virtutibus, & miraculis dicti Beati Philippi formarent juris ordine servato processum.

§.6. Eoque diligentissime peracto, & facta per bon. mem. Dominicum ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Pinellum nuncupatum relatione, ex processu videlicet in genere facti plene constare de fama sanctitatis, & miraculorum dicti Beati Philippi, ac deveniri merito posse ad inquisitionem in specie.

§.7. Dicitur Paulus Praedecessor bonae memoriae Francisco Penae Rotae Decano, & Horatio Lanceotto, ipsoque Horatio pro-

moto ad Cardinalatus honorem, Alexandro Ludovico tunc in minoribus constituto, qui deinde ad Summi Apostolatus apicem assumptus Gregorius XV. praedictus fuit nuncupatus, ac Venerabili Fratri nostro Dionysio de Marquemont Ecclesiae Lugdunensi postmodum praefecto, omnibus causarum Palatii Apostolici tunc Auditoribus, ut conjunctim, vel saltem duo eorum procedentes, inquisitiones, & probationes hujusmodi facerent, factaque referrent, demandasset.

§.8. Distincte Auditoribus Commissarii inuncto sibi officio diligenter persunctorum negotii seriem in scriptis eidem Paulo Praedecessori retulissent.

§.9. Et dictus Paulus Praedecessor relationem, ut praefertur, factam una cum iteratis instantiis, ac precibus dictorum Principum, & Presbyterorum dictae Congregationis Oratorii, ad praedictos Cardinales, ut praefertur, deputatos remisisset, ac omnibus per bon. mem. Robertum dictae Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Bellarminum nuncupatum, ad id specialiter electum examinatis, & relatis in octo Congregationibus diversis temporibus habitis, de validitate processuum in specie factorum tam in dicta Urbe, quam extra eam, & de fide, spe, charitate, virginitate, de prophetia, aliisque donis, & virtutibus, de fama sanctitatis, & miraculis quamplurimis tum in vita, tum post obitum dicti Beati Philippi plene constare, servatis servandis, conclusum, & decretum extitisset.

§.10. Idem Paulus Praedecessor, ut in illius honorem tamquam de Confessore non Pontifice missa celebrari, & officium recitari in Ecclesia Beatissimae Virginis Mariae, & S. Gregorii in Vallicella de Urbe licite posset, indulget, & successive indulgentiam hujusmodi ad alias ejusdem Instituti Congregationes in aliis Ecclesiis extra Urbem canonicas erectas extendit.

§.11. Distincte Paulo Praedecessore viam universae carnis ingresso, praedictus Gregorius Praedecessor, qui illi in Apostolatus ministerio successit, Beati viri sanctitatem (quippe qui virtutum illius excellentiam in minoribus, ut praefertur, constitutus bene noverat) veneratus, & Christianissimorum devotione, precibusque dictorum Principum instantius quam unquam repetitis permotus, negotium Canonizationis illius perficiendum constituit.

§.12. Et ad hunc effectum praedictis Cardinalibus dictae Congregationis Sacrorum Rituum mandavit, ut praedictos processus omni, quam decebat, diligentia rursus inspicerent, & universam causam sibi referrent.

§.13. Qui quidem Cardinales dictum Robertum Cardinalem denuo elegerunt, eoque ab humanis exempto, dilectum filium nostrum, tunc ejusdem Gregorii Praedecessoris, Petrum Paulum ejusdem S. R. E. Card. Crescentium nuncupatum in ejus locum subrogarunt, & negotio exactissime discusso, ac diligentissime examinato, servatis similitur servandis, unanimiter congregati

Qui rem Pontifici referunt.

Decretum Congreg. Rituum constare de virtutibus, & miraculis, & fama sanctitatis.

Indultum recitandi Officium, & Missam in ejus honorem.

Gregor. XV. Canonizationis negotium perfici statuit.

Mandatque d. Congregationi, ut illud reassumant.

Decretum Congreg. deventi posse ad Canonizationem.

consuerunt, plenissime constare tam de validitate processuum, quam de vitae sanctitate, virtutibus, & miraculis, tum in vita, tum post mortem dicti Beati Philippi, itaut si dicto Gregorio Praedecessori videretur, posset dictus Beatus Philippus in Sanctorum numerum adscribi.

Hic omnibus in Secretario Consistorio legitis;

Propositis in Consistorio publico Principis instantis;

Publicisque indiciis precibus;

Ac habito semipublico Consistorio;

Eum statim canonizandi.

§.14. Cumque nihil jam superesset ulterius, idem Gregorius Praedecessor voluit in Consistorio suo secreto de his omnibus relationem fieri, & Venerabilis Frater noster, tunc suus, Franciscus Maria Episcopus Ostiensis, tunc Portuensis, & Cardinalis a Monte nuncupatus, suo, & aliorum dictae Sac. Rituum Congregationis Card. nomine summam Processus exposuit, & ex rebus ab ipso B. Philippo praeferebat gestis legit nonnullas, quas disertis plane verbis enarravit, ac se, ceterosque dictae Congregationis Sacrorum Rituum Card. censuisse asseruit, dictum B. Philippum, si ipse Gregorio Praedecessori visum foret, Sanctorum Catalogo aggregari posse: in quorum sententiam reliqui omnes Cardinales in dicto Consistorio tunc assistentes, de quorum numero Nos quoque tunc eramus, suo quisque suffragio ex ordine devenerunt.

§.15. Et successive idem Gregorius Praedecessor ex antiquo Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, tunc suorum Instituto, publico Consistorio, in quo praeter dictos Cardinales etiam Venerabiles Fratres nostri Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, ac alii Romanae Curiae Praelati, & dicti Gregorii Praedecessoris familiares dilecti filii conveniunt, convocato, dilectus filius Magister Joannes Baptista Spada junior in utraque Signatura Referendarius, tunc Aula Consistorialis Advocatus, de vita, virtutibus, & miraculis dicti Beati Philippi discrete dixit, & nomine praedictorum Principum illius Canonizationem suppliciter petiit, quibus auditis, d. Gregorius Praedecessor respondit, se precibus libenter assentire.

§.16. Sed quoniam non audebat S. Sedes librum aeternae vitae persecutari, nisi Spiritu Sancto aperiante, respondit velle se diutius immorari, ac maturius procedere: & propterea omnes in Domino rogavit, ut secum una orationibus, jejuniis, ac elemosynis divinae voluntatis arbitrium explorarent.

§.17. Demum vero Consistorio, quod semipublicum vocant, indicto, in quo praedicti omnes, ac etiam Sedis Apostolicae Notarii, & causarum dicti Palatii Auditores dilecti filii interfuerunt, omnes Beatum Virum canonizandum esse publicis suffragiis judicari: quorum unanimi consensu audito, ipse Gregorius Praedecessor aperiens os suum in benedictione, gratias egit divinae clementiae, quod tantam contulisset gratiam sermo suo.

§.18. Statuitque illum inter Sanctos referre una cum Beatis Isidoro Agricola, & Ignatio Loyola, ac Francisco Xaverio, necnon Theresia: de cujus quidem Beati Viri Philippi origine, vita, virtutum donis, & miraculis aliqua ex multis in Processu deductis recensenda duxit.

§.19. Est igitur natus B. Philippus Florentiae, millesimo quingentesimo decimo quinto salutis anno, sedente Leone Decimo Pontifice Maximo, & in Ecclesia Sancti Joannis Baptista baptismali fonte ablatus. Franciscum Nerium, & Lucretiam Soldiam honestissimae vitae, atque probatae integritatis parentes habuit; a quibus adhuc puerulus optimis moribus imbutus, ab ipsa ineunte etate ob praecellam, quam praeferebat, naturae indolem, non modo aliorum animos in sui rapiebat amorem, ut Pippus bonus appellaretur, sed divina in omnibus juvante gratia, videretur de se magnum aliquid premonere.

§.20. Non 8. annos natus, una cum a seculo, quem conscenderat, in cellam vinariam praecipue delapsus, atque jumentum onere oppressus, ingenti admiratione, qui mortuus credebatur, extractus est vivus, & incolumis.

§.21. Ubi vero ad annum pervenit aetatis decimum octavam, missus est a Patre ad Oppidum S. Germani, ut ibi apud Patrum opibus abundantem, mercatorum exerceat: qui adolescentis optimi iustificatione adventu, ipsum brevi propter ejus probitatem in hereditatem vocare constituit.

§.22. At vero Philippus caelestium desiderio in dies ardentior, a Patris gratia, & benevolentia sibi timere coepit, donec duobus annis transactis, mercaturae nobilioris avidus, contempta viginti millium aureorum hereditate ab illo oblata, Romam inde se contulit: ubi opportunum, & aptum ad solida virtutum officia naclus locum, pietatis operibus, Philosophiae, ac Theologiae studium adjuvit.

§.23. Et interim arctam vitae viam ingressus, humi plerumque cubare, tenui victu, atque assiduo jejunio delectari, & aliquando per triduum ab omni cibo abstinere. Septem praecipuas Urbis Ecclesias obire, & in Coemeterio Callisti nuncupato, in oratione pernoctare saepe consuevit.

§.24. Ac vix annum aetatis suae vigesimum nonum attigerat, cum inter alia divinitus accepta dona, plane mirabilis cordis palpitatio fuit ac fractura costarum: quae publico medicorum testimonio praeter naturam ordinem obtigit, quasi mentis dilatato sinu, etiam caro dilataretur, & exultaret in Deum vivum.

§.25. Et ad animarum propterea subsidium se multo magis vocari sentiens de solitariae vitae severitate divino nutu remittere coepit, atque inter cujusque conditionis homines ea mente versari, ut publicis adhortationibus, & privatis colloquiis Christo Domino quamplurimos lucraretur, nullo incommodo, nullo penitus devitato labore.

§.26. Eodemque fere tempore, quo Sanctissimae Trinitatis Confraternitas ad Peregrinorum, & Convalescentium, communitatem ipsius consilio, atque opera fuit instituta, cum unoquoque mense quadraginta horarum supplicatio decreta esset, ipse totas penes noctes deducebat infirmos, & confratres ad orationem hortabatur, & exemplo mirifice incitabat.

§.27. Cum vero ad quadragesimum fere

B. Philippi ortus, atque adolescentia.

A viro periculo incolomis evadit.

Mercaturam addidit.

Romam se contulit, tuncque scientiarum, & pietatis animum addidit.

Nonnulla pietatis opera recensentur.

Mirabilem patitur palpitacionem cordis & fracturam costarum.

Quam plurimos Deo lucratur.

Coram Sanctissimo Sacramento noctes deducit infirmos.